UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De || Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per Quæstiones explicatur

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

III. V. Expediat in necessitate laico confiteri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Visual Library

Si tamen vllo vnquam tempore, aut loco vſus obtinuit, vt, vrgente neceſsitate, in abſentia Sacerdotis, laici Confeſsiones exciperent, id omninò de peccatis manifeſtis, non autem occultis, intelligi debet. Nam cùm Confeſsio, quæ fit laicis, non ſit Sacramentalis, nec vllam omninò gratiam conferat; non ſit probabile, vllam vſque extitiſſe legem aut conſuetudinem, quæ obligaret ad Confeſsionem occultorum laicis faciendam; fuiſſet enim talis lex intolerabilis.

Quæſtio III. *Expedítne in neceſsitate laico confiteri?*

Reſpõſio. TAles Confeſsiones nunc non ſunt vſitatæ, neque etiam conſulendæ, eò quòd plus poſſent detrimenti, cum famæ & vitæ periculo afferre, quàm ſpiritualis emolumenti: attamen ſi quis ſua ſponte laico confiteri velit, non prohibetur, modò vt id faciat eo fine, ſi doctus ſit, vt habeat ſalutare conſilium ſeu conſolationem; tùm etiam, vt ob verecundiam, quam patitur, maius conſequatur meriti augmentum: Non tamen eo fine, vt Abſolutionis particeps fiat. Laicus autem, qui excipit talem Confeſsionem, tenetur ex iure naturali ſecretò tenere, quæ per Confeſsionem intellexit, ſub pœna peccati mortalis.

Poté-